



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

VIII. Quomodo agendum cum iis, qui metu, aut pudore deterrentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

De indispositis defectu debitæ integritatæ

NOnnulli, præsertim cùm suo Parocho confitentur, licet ex nulla causa sufficienti, præ vano pudore, & puerili metu quædam celan grauiora, præsertim in peccatis luxuriae, aut si quam iniuriam grauiorem Parocho, vel Ecclesiæ parochiali claram intulerint. Si quid tale suspiceris, sive ex conditione pœnitentis, sive ex modo confitendi, suggere animos, & simul os suauiter admoue, & hortare; si quidquid conscientiam mordet, aut pungit, confidenter exonerent: ita laudam conscientiam, alioquin execrificandam; nullum esse peccatum tam enorme, quod Deus non remittat confitenti, confessarios non offendit, imò eò magis benevolentia affici ergo eos, quos vident candidè, & sincere suorum criminum pœnitentes; denique Deum non latere, quidquid in con-

scien-

scientiā latet; & olim in die iudicii,
apertis conscientiarum libris, omnes,
& ipsum confessarium de re totā co-
gnituros. Ita pusillanimes illos ani-
mando paulatim, & quodam velut ar-
tificio ad liberè confitendum primū
allicies, mox etiam elicies, quod silen-
tio premebat, faciēsque, ut hoc etiā,
quod celare voluerint, fateantur.

N V M: IX.

De indispositis ob defectum doloris.

Am verò, si ex modo confitendi, aut
aliunde vides, confessionem per mo-
dum cuiusdam narrationis, aut hi-
storiæ fieri, neq; proficisci ex dolore
animi pœnitentis, proponentisq; vitā
meliorem, alii erunt admouendi sti-
muli. Primò significabis dolorem ve-
rum, & intimum planè requiri ad pec-
cati remissionem; confessionem alio-
qui non prodesse, imò fore sacrilegam.
Deinde suggere ea, quæ ad dolorem
de peccatis, vel cor faxeum mouere

E 3

de-